lium/ ratione veri certi iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum & obligatoriorum mobilium & immobilium, ac summarum pecuniariarum quarumuis, nec non auri argenti clenodiorum, vni onum margaretarum, vestium vestimentorum, stanni, aeris cupri oricalci, pecorum pecudum equorum, equiretij, ac totius supellectilis domesticæ nunc habitæ et post habendæ dedit dotauit, dotalitiauit, inscripsit et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat inscribit & reformat præsentibus. Per ipsam Nobilem Szepyclia Suæ Agnetis Consortem lrimam et ipsius Succores eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum vniuersis ipsius vtilitatibus et vsufructibus competentiaque et prærogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illaque quiete et pacifice vti fruendi, ac ad suos suorumque Succorum quosuis beneplacitos vsus fructus libere & effectualiter conuertendi vigore et more aliarum reformationem hactenus et denuis in Regno Poloniæ obseruari solitarum. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Stawski & Vstrzycki 80
inter se mutuo Roborant.

Coram Gnosis Nicolao Stawski Dapifero Terræ Sanocen et Adamo Ioanne Gorski Camerario Granicali Terræ Præmyslien in locum Gnosorum Ioannis a Staw Stawski Pocillatoris Terræ Leopolien et Vicecapitan atque Nicolai de Vnichow Vstrzycki [illegible] Castren Præmyslien Subdelegatis munu[illegible]

hoc idem Subdelegationis ipse Successores ac bona sua generali-
ter omnia quo ad vim actus praesentis consummentibus. offi-
cioq et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliens Comparen-
tes personaliter idem suprascripti Gnosi Joannes a Straw
Strawski Pocillator Terrae Leopolien et Vicecapitaneus ab vna
et Nicolaus de Vrichow Vstrzycki Notarius ab altera par-
tibus Officiales Castren Premyslien sani mentibus et corpo-
ribus existentes. a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus
suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero
Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quo ad actum hunc at-
tinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totali-
ter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice
ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo
pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et vicissim
vna Pars alteri et postens vtriq partis, seac suos successores in
et super bonis suis gnaliter omnibus ac summis pecuniarijs
quibusuis habitis et habendis, inscribunt et obligant prae-
sentibus. Interuisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum
rerum et conditionum in eadem interuisa contentarum de actu et
data illius, hic Premysliae die hodierna in Actis contenta confe-
ctam et conscriptam manibus sui Recognoscentium Subscri-
ptam, et vadio Duodecem millium florenorum Polonicalium fir-
matam in omnibus et singulis eiusdem Interuisae conditionibus
punctis clausulis articulis vadio, ligamentis ac nexibus genera-
liter vniuersis firmiter tenere complere, exequi, ac inuiolabili-
ter obseruare, omnibusq et singulis eiusdem contentis tam in
toto quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit
satisfacere. Interuisam praefatam ad inscriptionem praesentem

Roborat

Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad Intercisam praedictam vicissim in toto referendo. Sub vadio summae suprascriptae simili aliorum videlicet Duodecim millium florenorum Polonicalium per partem parti cum Successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum praefatae Intercisae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit adsolvendum succumbendo. Proquo quidem vadio modo praemisso adsolvendum succubito, ac pro re aliqua prima ex contentis Intercisae praefatae non completa complenda. Citata existens inrata Pars una praemissa non tenens, aut eius Successores, adinstantiam alterius partis praemissa tenentis, et complentis, sive ipsius posterorum, ad officium praesens Castren Capitan Premyslien ex tunc recessa suprascriptione quo ad respondentium spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere, respondere, vadium praetactum luere, inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum militari servitio, ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Acquietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conventione

ac aliis omnibus Iuris remediis et defensiis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Actis suis praesentibus personaliter recognitionibus ad praemissa omnia et singula mediantibus.

Grochowski Vstrzyckiemu Donat & Cedit

8/ Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemyslien. Generosus Olbrachtus à Grachowice Grochowski olim Magnifici Feliciani ab eadem Grochowice Grochowski Castellani Praemyslien. filius sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus[que] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren. Capitan. Praemyslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria infrascripta totam videlicet et integram villam Czelatycze in Palatinatu Russiae Terra vero Praemyslien. et Districtu Przeworscen. consisten., cum omni bonorum praemissorum Iure dominio proprietate, et haereditate titulo[que] haereditario, cum[que] omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus proventibus, redditibus, emolumentis commodis et obventionibus, tum cum Curia praedio areis aedificiis structuris[que] quibusvis, agris pratis campis fundis pascuis sylvis borris gajis, nemoribus indaginibus rubetis, vepretibus mericis villagijs hortis pomariis, apisteriis, apum mellificiis, tabernis molendinis horreis holwerkis granariis, stagnis magnis et parvis piscinis, piscinulis lacubus, paludibus fluviis flumenibus, torrentibus aquis, aquarum decursibus, rivis rivulis

Act haereditaria.